Hoc est translatum bene et fideliter factum et extractum a quadam carta reverendi patris domini fratris miseracione divina abbatis Montis Aragonum scripta
in pargameno et sigillata sigillo suo cere pendenti. Cuius tenor talis est: Noverint universi quod nos frater miseracione divina abbas Montisaragonum
attendentes multa et grata servicia per vos magistrum Juce Abnarduc Oscensem phisicum et hebreum nobis acternus impensa et incessanter facitis ac
facere poteritis in futurum, volentes vos remunerare predicta servicia vestro et pro dicto labori damus et eas assignamus vobis in redditibus messe
nostre .x. kafices tritici habenda et percipienda in festo sancti Michaelis mensis septembris annuatim omni tempore vite vestre, ita tamen quod vos in officio
medicine servietis nobis et familie nostre bene et legitime quocies et tociens necesse fuerit [illegible] et nos hoc faciendo
predicta .x. kaficia habeatis et percipiatis pacifice et quiete ut superius est expressum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri
appensione munitas vobis predicto magistro Juce duximus concedendas. Actum est hoc apud [illegible] sexto decimo kalendas augusti anno
domini Mº CCCº decimo.

Signum mei Egidii [illegible] de [illegible] Osce testis huius translati.

Signum mei Dominici Egidii de Fraga notarii publici civitatis Oscensis testis huius translati.

Signum mei Egidii de Fraga publici Oscensis notarii et auctoritate domini Regis per totam terram et dominationem
eius qui hoc translatum scribi feci.

17/9

1310-7-16

Nº 135